



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Pœnitentiæ exercitia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

NUNQUID SATIS DIGNOS PŒ-
nitentiæ fructus facio, si quod in satisfactionem
confessarius iniunxerit diligenter
prestitero?

Minimè verò: accidit enim non rarò, ut
pro multis eisque grauibus peccatis le-
uiorem satisfactionem imponat sacerdos:
siue id ignorantia fiat nesciens pro morbi
magnitudine medicinam temperare: siue
timore, ne dignam scelerum pœnam deli-
catus pœnitens sit recusaturus. Quocirca si-
lutis suæ flagrantiores & dignas imponi à
confessario sibi flagitant, & quantum fert
ipforum fragilitas, etiam non iniunctas pœ-
nas vtrò assument, & in illis se vsque exer-
citant.

*Enumera aliquot pœnitentiæ exercitia quibus
dem operam, si ad id aliquando Spi-
ritus impulerit.*

1. **F**eria sexta hebdomatim à cœna absti-
nere.
2. Carnem suam verberibus disciplina (ut
vocat) incussis affligere.
3. Cilicinam vestem aut id genus cingula
gestare.
4. Cul-

4. Culcitra ac mollioribus stratis remotis cubitare.
5. Extensis brachijs, aut humi prostratum, precari.
6. Sanctorum memorias & sepulchra deuotè visitare.
7. Sacris tum officijs, tum concionibus & Catechistice institutioni audiendæ assiduè operam dare.
8. Dauidis pœnitentis exemplo media nocte ad laudandum Deum, vel plangendum peccata consurgere.
9. Ad peccatorum conuersionem ope aut consilio studiosè adlaborare.
10. Captare vndeque occasionem misericordiæ opera, tum spiritualia, tum corporalia pro virili exercendi, vt inuiscendi infirmos, mœstos consolandi, &c.
11. Ex intimo cordis affectu pro peccatorum hæreticorum uè conuersione frequenter orare.
12. Orare, eleemosynas largiri, offerre pro fidelibus defunctis.
13. Omnium præstantissima satisfactionis opera, praxeis huius libelli, & illorum similes iugiter & absque interruptione vlla diligenter perficere, vt sunt modus orandi mane, & vespere examinandi conscientiam, verbum Dei cum fructu audiendi, confitendi, communicandi, &c.